



AD  
LECTOREM.

*T*heoriae Finis est  
*U* Praxis; ita Pra-  
xeos Ultimum est  
*P*raescriptio: ideo-  
que licet, qui nil praeter Me-  
dicamenta jaecat, pro Empi-  
rico habendus sit; qui tamen ap-  
positè Praescribere nescit, Me-  
dici nomine prorsus indignus  
est. Circa hoc verò Tyrones,  
& quicumque Medicinam ex  
rapto faciunt, quàm turpi-  
ter se gerunt, (Filum quod vo-  
cant) Pharmacopœorum nimis  
\*  
edo-

Ad Lectorem

edocet. Deus bone ! Quanta  
Inscitiæ specimina , Negligen-  
tiæ Portenta , Medicorum op-  
probria & Ægrorum nocu-  
menta , in Officinis suspensa ,  
doluimus , horruimus ! Est  
ubi non tantùm agrè Parabi-  
lia ; & odiosè Injucunda : sed  
inefficacia ; sed Aliena ; sed Pe-  
riculosa ( ne dicam Pernicio-  
sa ) præscribi videas. Subin-  
dè Formulam farragine plus-  
quam Mithridaticâ suffarci-  
natam ; Rebusque malè con-  
gruentibus aded confusam ob-  
serves : ut qualem sit habi-  
tura Effectum nemo Medico-  
rum certò pronunciare possit.  
Aliquando absurdè aded vio-  
latas Pharmacie Leges ani-  
madvertas , ut Præscriptor vel  
ip-

Ad Lectorem

*ipsis Pharmacopœorum Pueris deridiculo sit ; eorumque castigationibus opus habeat. Omnes Præscribentium Enormitates exposuisse, & meritò vellicasse longum esset : Patiantur verò hujus ævi Medici, ut aliud quoddam Præceos Incommodum, inauspicatò introductum, iis si non exprobrem, saltem conquerar. Ex quo enim Veterum inconditam præscribendi luxuriam immodicè avertantes, Materiae Medicæ limites ultrà fas contraxere ; & Formulis nimis paucis, & tritis, Praxin oscitanter moliti sunt ; non difficile fuit Medicastris, tam Erraticis, quàm Officinalibus, istiusmodi Præscripta transcribere ; Libellof-*

Ad Lectorem.

que Medicamentarios conficere; quorum ope, Decumbentium cubicula præfrictâ fronte passim infestant; & recepta (quibus uti nesciunt) perniciosè venditant: Atque Docti interim, & Experti, vel prorsùs excluduntur; vel serò nimis accersuntur. Si cuiquam ergò Cordi & Curæ est, ut Medicinæ prisca dignitas restituatur; & Æsculapii Templum Ardelionibus repurgetur; jejunâ hâc Praxi dimissâ, Magnificè Præscribat; Pulchrè Variet; & Empiricorum captum Superet, necesse est.

Ut hoc Præclarum Opus (quantum in me est) promoveam; & Artem Præscribendi reformem, hujus est Opus-  
cu-

Ad Lectorem.

culi Institutum Illique, quo à  
Pharmacopœiis aliis, quæ Re-  
media non extempore sumen-  
da, sed Officinis asservanda  
exhibent, aptè distinguam,  
Pharmacopœiæ Extempora-  
næ titulum indidi. En ergò  
(non ut Agyrtis Receptula;  
sed Ratione utentibus Admi-  
nicula suppeditem) Præscrip-  
torum (uti spero) Elegan-  
tium, & efficacium, ad omnes  
ferè Medendi Intentiones acom-  
modatorum, hâc decima Editio-  
ne) Chiliada tibi sisto; his-  
que Plura nunquam posthac  
superaddere statuo. Nil inte-  
rim (Lector Benevole) quasi  
Nostrum & Infallibile magi-  
straliter tibi obtrudo; sed Pa-  
radigmata solùm, quæ Imiteris,

Ad Lectorem.

aut Superes ; quæque , aut Mutata ; aut Integra : in usum depromas , candidè propono . Horum pleraque Ipsemet expertus sum , degustavi , & sæpiùs emendavi . Pauca ex optima notæ Authoribus decerpsi ; Quædam ab Amicis impetravi ; Partem verò longè maximam è Praxi propriâ selegi . In Hisce componendis , Quoad Materiam Medicam , quæ maximè viderentur Efficacia , Tuta , Jucunda , & facile Parabilia , diligenter coöptavi . Quoad Formulas , Simplicium Paucitati ; Proportioni exactæ ; Totiusque Concinnitati operam dedi . Deinde , quoniam apud singulorum palata gratiam inire ; necnon Prescribendam

cam-

Ad Lectorem.

*campum latius extenderem ,  
amplic Remediorum Copia studui ; multiplicemque Varietatem adduxi. Denique , quo Mercenariorum istorum Homuncionum , qui ad stipem & victum queritandum , Libros Latinè scriptos Anglicè vertere ; sepiùsque suis notatiunculis ; & ( si Diis placet ) Emendationibus miserè defraudatos edere solent : Horum ( inquam injuriis quo minùs pateam , Doses , Vires , & Usus adnotare coactus sum. In hisce autem enarrandis , summè cavi , ne vanas Laudes unquam accumularem ; sed genuinas Virtutes fideliter explicarem ; easque non nudè , & Empiricè traderem ; sed*

Ad Lectorem.  
unà cum Æthiologia, Moni-  
tisque Practitis, tam à Me-  
metipso excogitatis, quàm ab  
Authoribus mutuatis, frequen-  
ter illustrarem. Atque Hæc  
sunt quæ de hujus Libelli In-  
stituto & Usu præfanda esse  
censui.

